

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Miseria o cum fonte primo

Formatus est homo de pulvere, de luto, de cinere, quodque uilius est de spurtissimo spermate; conceptus in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fetore luxurie, quodque deterius est in labe peccati; natus ad laborem, timorem, dolorem, quodque miserius est ad mortem. Agit praua quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit se ipsum. Agit turpia quibus polluit famam, polluit personam, polluit conscienciam. Agit uana quibus negligit seria, negligit utilia, negligit necessaria. Fit cibus ignis qui semper ardet et urit inextinguibilis; esca uermis qui semper rodit et comedit immortalis; massa putredinis que semper fetet et sordet horribilis.

Idem ibidem (Innocencius de uilitate conditionis humane).

Formatus est homo de pulvere, de luto, de cinere: quodque uilius est, de spurcissimo spermate. Conceptus in pruritu carnis, in fervore libidinis, in fetore luxurie: quodque deterius est, in labe peccati. Natus ad laborem, timorem, dolorem: quodque miserius est, ad mortem. Agit prava quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit seipsum; agit uana et turpia quibus polluit famam, polluit personam, polluit conscienciam. Agit uana quibus negligit seria, negligit utilia, negligit necessaria. Fiet cibus ignis qui semper ardet et urit inextinguibilis; esca uermis qui semper rodit et commedit immortalis; massa putredinis qui semper fetet et sordet horribilis.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 1, 1 (R.E. Lewis ed., p.95, ll.24-37).